

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

disculi: ne forte superbirent hostes eorum. Et dicerent manus nostra excelsa: et non dominus fecit hec omnia. **G**ens absque consilio est et sine prudentia: utinam sciret et intelligeret: ac novissima prouideret. **Q**uoniam persequebatur unum militem et duo fugaret decem milia. **N**one ideo quia deus suus reddidit eos: et dominus coelauit illos. **N**on enim est deus noster ut deus eorum: et inimici nostri sunt iudices. **D**e vinea zodo moza vinea eorum: et de suburbanis gomorra. **V**ua eorum uua fellis: et botrus amarissimus. **F**el draconum uinum eorum: et uenenum aspidum insanabile. **N**onne hec condita sunt apud me: et signata in thesauris meis. **M**ea est ultio et ego retribuam eis in tempore: ut labatur pes eorum. **T**uxta est dies perditionis: et adesse festinat tempus. **I**udicabit dominus populum suum: et in seruis suis miseretur. **V**idebit quod infirmata sit manus: et clausi quod defecerunt residuique concupiscentie sunt. **E**t dicent ubi sunt dii eorum: in quibus habebant fiducia. **D**e quorum victimis comedebant adipem: et bibebant uinum libammum. **S**urgant et opitulentur uobis: et in necessitate uestra protegant. **V**idete quod ego sim solus: et non sit alius deus propter me. **E**go occidam et ego uiuere faciam: percutiam et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere. **L**euabo ad celum manum meam: et dicam uiuo ego in eternum. **S**i auero ut fulgur gladius meus: et arripuerit iudicium manus mea. **R**eddam ultionem hostibus meis: et hiis qui oderunt me retribuam. **I**nebria sagittas meas sanguine: et gladius meus deuorabit carnes. **D**e cruore occisorum: et de captiuitate nudati inimicorum capite. **L**audate gentes populum eius: quia sanguinem suorum uiuificetur. **E**t vindictam retribuet in hostes eorum: et propitius erit terre populi sui. **V**enit ergo moyses et locutus est omnia uerba canticum huius in auribus populi: ipse et iosue filius nun. **C**onpleuitque omnes sermones istos: loquens ad unumquemque israel: et dixit ad eos. **P**onite corda uestra in omnia uerba mea: quod ego testifico uobis hodie: ut mandatis ea filiis uestris custodire et facere et implere uniuersa que scripta sunt in volumine legis huius: quia non in cassum precepta sunt uobis: sed ut singuli in eis uiueret: que fatientes longo tempore perseueret in terra ad quam iordane transmissio ingredimini possidendam. **L**ocutusque est do-

minus ad moysen in eadem die dicens. **A**scende in montem istum abarim id est transiitum: in montem nebo que est in terra moab contra ihericho: et uide terram chanaan quam ego tradidam filiis israel obtinendam et morere in monte. **Q**uoniam ascendet iugis populis tuis: sicut mortuus est aaron frater tuus in monte hor et appositus populis suis: quia peruariati estis contra me in medio filiorum israel ad aquas meridietionis in eadem deserti syn: et non sanctificasti me inter filios israel. **C**ontra uidebis eas et non ingredieris eas: quam ego dabo filiis israel. **C**apitulum xxxiii



Mea est benedictio que benedixit moyses homo dei filios israel ante mortem suam. **E**t ait. **D**ominus de syna uenit et de seir ortus est nobis. **A**pparuit de monte phara et eum eo sanctorum milia. **I**n dextera eius ignea lex: dilexit populos. **O**mnes sancti in manu illius sunt: et que a propinquitate pedibus eius. **A**ccipient de doctrina illius. **L**egem precepit nobis moyses: hereditatem multitudinis iacob. **E**rit apud rectissimum rex congregatis principibus populi cum tribubus israel. **V**iuat ruben et non moriatur: et sit paruus in numero. **H**ec est iude benedictio. **A**udi domine uocem iude: et ad populum suum introduce eum. **M**anus eius pugnabunt pro eo: et adiutor illius contra aduersarios eius erit. **L**euusque ait. **P**erfectio tua et doctrina tua a viro sancto tuo que probasti in temptatione: et iudicasti ad actus contradictionis. **Q**ui dixit patri suo et matri sue nescio uos et fratres suos ignoro illos: et nescierunt filios suos. **D**ii custodierunt eloquium tuum: et pactum tuum seruauerunt: iudicia tua o iacob: et legem tuam o israel. **P**onent thimiam in furore tuo: et olorum supra altare tuum. **B**enedic domine fortitudinem eius: et opera manuum illius suscipe. **P**ercute dorsa inimicorum eius: et qui oderunt eum non surgant. **E**t beniamin ait. **A**mantissimus domini habitabit confidenter: in eo quasi in thalamo tota die morabitur: et inter humeros illius requiescet. **I**osephusque ait. **D**e benedictione domini terra eius: de pomis celi et rore atque abisso sibiacente. **D**e pomis fructuum solis ac lune de uetice antiquorum montium: de pomis collium et nozar et de frugibus terre et de plenitudine eius. **B**enedictio illius que apparuit in rubo ueniat super caput ioseph: et super uetice nazarem inter fratres suos. **Q**uasi primogenitum